

De morte domini B. patriarche
cuius anime requiescat in
pace
de electione domini Gyloni

De discordia et brigantia in
Bona Austria
Guitti

Guillelmus?
Guillelmus
Guittus?

ber

ll

(ae to)

De creatione domini Castonii
patriarcham et eius obitu

De creatione domini Pagani in pa-
triararcham

De brigantia que fuit in Utino

De secun-
da

Domini? Ricardus? lianus
fuit pater domini Ricardi
patriarche

Eodem anno die Dominico in XL. videlicet Re-
miniscere, mortuo D. Octobono Patriarcha, ele-
ctus fuit per Capitulum Aquilegiense D. Gyllonus,
Archidiaconus Aquilegiensis, in Patriarcham: qui
pro confirmatione sua arripuit iter ad Romanam
Curiam die quattodecimo intrante Aprili. Et eo-
dem anno D. Henricus Comes Goriciæ factus fuit
Capitaneus generalis.

Anno M. CCC. XV. die Dominico XIII. intran-
te Julio, post cenam in hora Completorii Fra-
trum, Henricus, filius quondam D. Johannis de
Portis, cum quibusdam suis complicitibus ex parte
una, & filiis Virgilio, Galengani, Guillelmi de
Grifimpach cum suis fautoribus ex altera, conve-
nerunt ad brigam ad domum Communis: qui Hen-
ricus ibi statim fuit interfectus. Supervenit autem
Federicus frater ejus: & ipso ignorante de facto
totaliter, exclamando pacem, fuit vulneratus: &
mortuus fuit ante campanam ignis; & quamplures
vulnerati fuerunt. Ex alia parte fuit vulneratus
Guillanus de Grifimpach cum filio, & nepote, &
aliis pluribus. Guillelmus vero Galengani cum par-
te sua ascenderunt super Turrim D. Asquini de
Varmo; ita quod per totam Terram erat prælium
maximum. Tunc D. Federicus de Ebbestayn, Ma-
rescalcus Domini Comitis, cum Dominorum de
Portis amicis, versus dictam Turrim adeuntes,
volebant eos capere: sed illi cum ballistis, & la-
pidibus se defendebant. Ad ultimum se dicto Ma-
rescalco tradiderunt, qui eos, videlicet Johannem,
& Guillelmum Galengani fratres cum uno filio,
Virgilium cum tribus filiis, Raynerottum cum
duobus filiis captivavit in domo de Portis; & bo-
na eorum fuerunt per Theotonicos accepta. Unus
filius Guillelmi prædicti, qui latuerat in Civitate,
die Martis sequenti, projecit se per muros Terræ,
volens fugere: & apud pontem portæ Bressanæ
fuit interfectus, & per totam Terram strascinat. Dominus vero Comes Goriciæ venit in Civitate
die Dominico tunc sequenti, & die Lunæ in Vi-
gilia S. Mariæ Magdalene fecit amputari caput
Guillelmo apud domum Communis. Tunc Domi-
nus Comes fecit duci Raynerottum, Virgilium
cum filiis, & filium Guillelmi prædicti Goriciam;
unde multa mala creata fuerunt, dum illi de Por-
tis cum amicis suis obtinuerunt.

Anno Domini M. CCC. XVII. Sanctissimus Pa-
pa Johannes ad preces Regis Roberti dedit Patri-
archatum D. Castono de la Turre in Festo S. Syl-
vestri.

Anno M. CCC. XVIII. die XII. exeunte Augusto
D. Castonus Patriarcha veniens de Florentia in Fo-
rojulii obiit, & ibi sepultus fuit.

Anno Domini M. CCC. XIX. Sanctissimus Papa
Johannes providit de Patriarchatu Aquilegiensi D.
Pagano Episcopo Paduano.

Anno Domini M. CCC. XX. die XII. Novem-
bris, fuit prælium magnum in Utino apud do-
mum Communis inter Dominos Hectorem, &
Federicum, fratres de Savorgnano, & eorum ami-
cos ex parte una; & D. Sperancium, & Vindili-
num fratres, cum amicis suis ex altera; qui ve-
nientes ad injurias, ceperunt dictæ partes inter
se acriter præliari; in quo dictus D. Hector per
D. Sperancium fuit vulneratus, & Hermolus &
Dayneus interfecti. Dominus Patriarcha
existens Civitate, statim cum sibi prædicta notifi-
cata sunt, cum festinatione equitavit Utinum cum
Civitatenfibus: qui Civitatenfes una cum Utinen-
sibus adierunt ad domos prædictorum D. Speran-
cii, & Vindilini; & eas ceperunt, & ipsos fratres,
& filium D. Thomasi, & alios quamplures circa
XXVI. interfecerunt, & eorum bona abstulerunt.

Ita quod pars D. Hectoris obtinuit cum adiutorio
Civitatenfium.

Anno Domini M. CCC. XXIII. D. Henricus Co-
mes Goriciæ in Festo S. Georgii hora vespertina
venit ei quædam infirmitas, de qua statim ex im-
provviso mortuus est Tervisio, & ibi honorifice
sepultus.

Anno Domini M. CCC. XXIV. venerunt in Fo-
rojulii Magnifici Domini Duces Austriæ, & Karin-
thiæ cum maxima hominum comitiva, facientes
maximum damnum in Forojulii.

Anno Domini M. CCC. XXVII. Indictione X.
in Festo Nativitatis Virginis Mariæ in nocte, cir-
ca mediam noctem fuit subito tanta aquarum inun-
dantia, quod Natissa in tantum crevit, quod ivit
per totum burgum Portæ Bressanæ usque ad portam
Civitatis; & plures domos destruxit, & intravit a-
qua per cancellos Ecclesiæ S. Petri in dicto burgo
& omnia molendina destruxit: & præ ni-
mia multitudine aquarum plura saxa maxima revo-
luta sunt.

Anno Domini M. CCC. XXXI. Indictione XIV.
die XV. intrante Septembri, Domini Pfogna de
Zucula, & Bartholomæus ejus frater, una cum
D. Johanne de Villalta, & alia non pauca comiti-
va, furtive circa horam matutinam Dominorum
Majoris Ecclesiæ Civitatenfis, per Portam leproso-
rum appoluerunt scalas ad murum burgi Pontis:
& ii qui primo intraverunt burgum, fregerunt por-
tas, & residui intraverunt; qui statim ceperunt me-
liores & ditiores de dicto burgo, & eos in Turri
quondam Salomonis carceraverunt, ipsos prius af-
fidantes. Postmodum venerunt ad pontem, & in-
ciderunt dictum pontem, ponentes vasa versus Ci-
vitatem: & ultra pontem fecerunt fortalicium ma-
gnum a capite pontis. Et hora matutina homines
Civitatenfes sciverunt hæc: & facta die homines
Civitatenfes, & Adversarii eorum se hinc & inde
fortiter ballistabant: & extinsec ballistabant cum
sclopo versus Terram, & nihil nocuit. Porta aper-
ta existente demum, plures de Civitate ibant su-
per pontem, precipitantes eas, quæ posite erant
super pontem, in Natissa; & contra adversarios
audacter pugnantes, & non potuerunt transire ad
eos propter pontis fractionem. Circa vero horam
Primæ, prædicti qui erant in burgo, voluerunt
comburare pontem, portantes oleum, stuppam,
& stramen, ut comburerent dictum pontem: quod
homines Civitatenfes scientes, & videntes, posue-
runt se periculo; & violenter transeuntes pontem
pauci de Civitate, eos in fugam verterunt: extrin-
seci vero videntes vexillum Virginis gloriose statim
verterunt, quorum tres interfecti fuerunt, cæ-
teri vero vix abierunt.

X.

Fragmenta Historica, ex eodem vetustissimo Ne-
crologio deprompta.

I.

Anno Domini M. CCC. XLVIII. die XXV.
Mensis Januarii, circa horam vespertinam
fuit terræmotus magnus, qualis non fertur in ali-
quibus Scripturis fuisse ab initio sæculi usque ad
horam illam. Hic autem terræmotus fuit non so-
lum illa die, sed post multis vicibus in die, at-
que nocte usque ad quadragesimum diem. Hujus-
modi quidem Terræmotus, quamvis Venetiarum,
Marchiæ Tarentinæ, Lombardiæ, Forojulii, atque
Dalmatiæ partes valide conquassavit; Karinthiam
tamen supra modum percussit, itaut hæc scriptu-
ra